mino, * qui fecit CŒlum et TERram.

25. Cœlum cœli DOmino: * terram autem | dedit FIliis HOminum.

26. Non mortui laudabunt te, * DOmine, neque omnes qui descendunt IN inFERnum.

27. Sed nos qui vivimus benedicimus Domino, * ex hoc nunc | et USque in SÆculum.

Gloria patri, et FIlio, * et spiRItui SANcto.

Sicut erat in principio, | et nunc et SEMper, * et in sæcula sæcuLOrum. Amen.

PSALM 115.

1. Credidi, propter quod locutus SUM—: * ego autem humiliAtus sum NImis.

2. Ego dixi in excessu MEo: * omnis HOmo MENdax.

3. Quid retribuam DOmino, * pro omnibus quæ reTRIbuit MIhi?

4. Calicem salutaris acCIpiam, * et nomen Domini INvoCAbo.

5. Vota mea Domino reddam | coram omni populo Ejus: * pretiosa in conspectu Domini | mors sanCTOrum Ejus.

6. O Domine! quia ego servus TUus: * ego servus tuus, | et filius anCILlæ TUæ.

7. Dirupisti vincula MEa: * tibi sacrificabo hostiam laudis, | et nomen Domini INvoCAbo.

8. Vota meo Domino reddam | in conspectu omnis populi Ejus, * in atriis domus Domini, | in medio TUi, JeRUsalem.

Gloria patri, et FIlio, * et spiRItti SANcto.

Sicut erat in principio, | et nunc et SEMper, * et in sæcula sæcuLOrum. Amen.

PSALM 116.

1. Laudate Dominum, omnes GENtes: * laudate eum, Omnes POpuli.

2. Quoniam confirmata est super nos | misericor-